

Ill/me ac R/me Domine.

2177

Precor vestram ill/m D. ut cum B/mo P/e nostro colloquatur, suae Beatitudini dicat, quid à sacra Indicis Congregatione declaratum et responsum est erga D.Navarri consilium quod circa Minimorum religionem ponit lib.3 suorum consiliorum, quia sua Sanctitas cum Beatitudinis suae pedem osculatus sum, dixit, quid sacra Congregatio super illud declarasset, velle sustinere. Supplico igitur V. ill/m D. ex parte totius Minimorum ordinis, ut petat a Sanctitate sua ut dignetur suo brevi particulari declarare quadragesimalis vitae transgressionem, voti solemnis fractionem esse (siquidem votum solemne est, quod emittitur simul cum tribus votis essentialibus in professione religiosa expresse,) et non solum obligare ad poenam subeundam propter statutum (ut D.Nav.dicit) sed ad culpam M. cum moralitate et circumstantia fractionis voti. Tandem quod Sanctissimus Pater concedat in brevi suo apostolico dictum consilium D.Navarri, ab errore expurgatum et emendatum, ipsum duntaxat ab aliis seorsum a Religione praelo mandari, pro fratrum et Religionis consolatione. Hoc erit maxima gratia a Sanctitate sua Ordini collata, et a Vra Ill/ma D. simil. Quas Deus

Ill/mo ac R/mo Domino Cardinali Bellarmino (per) fratrem Joannem Pinna de Coelis procuratorem gentem omnium Minimorum zelosum.

=====

Papa respondit non esse necessarium Breve, sed satis esse quod Procurator Generalis intimet toti religioni decretum congregationis indicis, quae declaravit non esse standum doctrinae Navarri, cum vere votum Minimorum de cibis quadragesimalibus sit votum verum et solemne.